



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 8. Sanctorum exemplis confirmatur cupiditatem honorum
refrænandam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

DE MORTIF. VOLVNT. 369

nem periculo siffimam ab amore laudis,
qui ad priuatam quandam excellentiã
contrahere emendicata suffragia tē-
tat, cum à me in me arguitur, eo ipfo
quo arguitur. Et fape homo de ipfo vana
gloria contemptu gloriatur, ideoq; non
iam de ipfo gloria contemptu gloriatur.

CAPVT VIII.

Sanctorum exemplis confirmatur mor-
tificandam esse honorum cupidita-
tem fugienda ex parte suã officia
honorifica, & oneri gulor-
nãdi obnoxia.

QUOD Sancti verbis docuerunt,
hoc, vt fidelissimi Christi mini-
stri, confirmãrunt operibus: &
sicut in eo genere cōtulerunt in do-
ctrina, sic & in vita: & idcirco omnes
dignitatum & Prælaturarum, alioq; ſq;
officiorum honorificorum culmen
defugerunt: nec antè amplecti volue-
runt, quàm ex maiorum mādato, vel
populorum importunitate, vel maxi-
ma necessitate coniecturã feciffent eã
esse Dei voluntatẽ. Vnde B. Gregorius. *In lib. viij.*
m, homines electos, quoad possunt, e. 11.
R o fugere

fugere officium Prælatuæ, quando
autem à Deo ordinati sunt non posse
se abscondere. Et quamvis penè innume-
ris exemplis res hæc explicari possit,
nos tamen paucis, ijsque selectis
contenti erimus, è quibus facile & ve-
riorum spiritus dignoscatur.

*in eius
vita.*

Ac primum quidem sit ipsius GAB-
GORII Papæ iam nominati, ut liquet
factis ab eo demonstratum, quod do-
cuerat verbo. Nam, teste Ioanne Dia-
cono, electus in summum Pontificem
à Romano clero efficaces ad impera-
torem Mauritium litteras dedit, ob-
testans eum enixè, ne electioni consenti-
ret: ementitoque habitu urbe egre-
sus in sylvis & cauernis terræ, ne rep-
riri posset se abdidit; sed columna re-
næ indicio proditis dignitatem ac-
ceptare coactus est. S. AMBROSIVS Me-
diolanensium iudex communi cleri
& populi approbatione electus in E-
piscopum, ut eos ab hac voluntate de-
duceret, è tribunali diram detorquen-
dis reis sententiam tulit, ut a quo cru-
delior haberetur. deinde nocte intem-
pesta ex urbe elapsus, licet Ticinum
versus iter intendisset, tamen mane

*S. Paulinus
in eius vi-
ta.*

DE MORTIF. VOLVNT. 371

discussis tenebris deprehendit miracu-
lo se e effc ante portam, qua Mediola-
no effugerat. S. MARTINVS, auctore Sul-
pitio, tantoperè ab Episcopatu abhor-
rebat, vt ne quidè S. Hilarij persuasio-
ne Diaconatum suscipere voluerit. cõ-
tra suam deinde voluntatem euectus
ad Episcopatum, cum Episcopi qui-
dam, qui ad eum consecrandum con-
uenerant, vilitate personæ & habitus
offensi, eius electionem improbarent,
& indignum tam sublimi loco iudi-
carent, ille vehementer gauisus est, il-
losq; Episcopos maiori amore profe-
cutus.

*In eius vi-
ta.*

S. IOANNES Chryostomus tanto stu-
dio fugiebat honores & laudes, vt fla-
giuosus homo nullus tantoperè labo-
ret in celandis suis sceleribus, quãtũ
ille laborabat in occultandis suis vir-
tutibus, & rebus cum laude & gloria
gestis. Cum autem animaduerneret, si-
bi, quãdiu inter homines viueret, ob-
virtutis & doctrinæ præstãtiam mag-
nos deferri honores, õfugit in solitu-
dinem, in qua rerum diuinarum con-
templationi vacans tamdiu perman-
sit, donec graui morbo coactus est re-
dirc in

*Metaphr. in
vita.*

R 7 dirt in

dicte in urbem. Deinde reuic gradum
Sacerdotij, donec Flavianus Episcopus
diuina reuelatione edoctus de
lunca, in qua se abdiderat, extractus
in sacerdotem consecrauit. Antiochus
quoque arte doloque pio euocatus
Cōstātinopolim pertractus est & archiepis-
copus eiusdem vrbs cōstitutus.

*Ep. 148. ad
Valer.*

S. AVGVSTINVS item tanta sollicitudine & cura honores respuit, maximè
sacerdotij & Episcopatus, vt cognita
morte Episcopi fugeret ex vrbe illa, ne
eligeretur: cum autem degeret in Episcopatu
Hipponensi sub Episcopo Valeriano, vi
pertractus est ad sacerdotium, licet ipse,
cum fugæ locus nõ retinebat, postulante
scilicet populo, & Valeriano antistite
vigente, tãdem cōsensit, cum tanto
animi dolore, vt cum ordinaretur totus
perfunderetur lacrymis.

*Epiph. ep.
ad Ioan.*

S. HIERONYMVS, tã diligenter & libenter
omnibus honoribus, eorumque capiti-
dorum occasionibus, resistit, vt hiero-
nimo sacerdos, tamen ministeria sacerdotum
suo monasterio exercere reformidat.
Sic vt S. Epiphanius, um monachi
erentur de penuria sacerdotum, Hieronymum
qui ex humilitate sua

*Episc. Mar-
rian,
in eius
vita.
Vega in
h. stor. S.
Hieron.*

DE MORTIF VOLVNT. 378

atione sacerdotij abstinebat, Paulinia-
rum minorein S Hieronymi fratrem
decreuerit sacerdotio initiate. Et quia
ille quoque hanc dignitatem deprecabatur,
opus fuit vtilium ordinare, & ne tempore
ordinationis diuini nominis reuerentiam
inuocaret, os illi obturare, donec ordinatio
perfecta esset.

Leon Iustinian. in vita eius

S. NICOLAUS ad effugiendū honores
delectis Patris, vbi notus erat Myriam
abijt, vt ibi ignotus delitescere posset
& inglorius. Sed Deus diuinitus
antistitibus ibidem pro eligendo Episcopo
congregatis patefecit, vt eligerent qui
summo diluculo primus Ecclesiam
ingrederetur, nomine Nicolaus: qui vt
vidit diuina voluntate se electam, acquieuit.

Scripsit in Ianuario

S. FULGENTIVS contra voluntatem suam
in Aphyria praefectus cuidam monasterio,
intelligens securius esse parere, quam
imperare alijs, fuga elapsus est, & clam
omnibus secessit in caenobium pauperimum,
quod in mediana in insula quadam
extabat, omnino solatio humano destitutum:
sed inde, ostra magna vi extractus est
& ad Episcopatum Rupensem promotus.

S. A. M. M. O.

*Pallad. in
hist. Lau-
siaca.*

S. AMMONIVS Eremita, cum ante
maduerteret se per vim capient dunt
ad gubernacula Ecclesiastica gubernationis in vrbe quadam, diuino, vt cre-
ditur, instinctu motus, autem sibi pro-
scidit, & sic manus eorum euasit.

*Cypr. in
vita.*

S. CAESARIVS magna sapientia
& pietate vir ad Episcopale dignitate
postulatur, aufugit, & in certis monu-
mentis, ne inueniri posset, tam diu de-
lituit, donec diuina reuelatione pro-
tus inde extraheretur, & ad Arelaten-
sem Ecclesiam, licet inuitus, promou-
eretur.

*Surius in
Novemb.*

S. EDMUNDVS, licet ab omnibus in
Anglia, ipsoque Pontifice Romano
Gregorio nono dignissimus Archie-
piscopatu Cantuariensi iudicatus, non
prius consensit, quam auctoritate Pon-
tificis summi sub pena lethalis pec-
ti imperatum esset, vt susciperet, cog-
suscepto palam protestatus est, se non
fuisse suscepturum, nisi obligatus fu-
set sub pena Deum offendendi.

*In eius vi-
ta.*

S. ANTONINVS huius diuini
humani que excultus Archiepisco-
pum Florentinum ab EVGENIO I. con-
latum repudiauit, omniaque media
adhibuit

DE MORTIF. VOLVNT. 375

adhibuit vt Papam ab hac voluntate abduceret. Verum Papa omnibus rationibus eius neglectis sub pœna excommunicationis illi imperavit, vt susciperet, sed nec tunc, nisi quæstione discussa ab omnibus litteratis, quod teneretur consentire, in sententiam Papæ concessit, tot lacrymis profusis, vt & circumstantes ad lacrymas prouocauit.

S. MAZACHIAS Archiepiscopatum *S. Bernⁱⁿ eius vita.* non prius acceptauit, quam Episcopi congregati ei cõminarentur anathema, ni pareret. Omnem enim locum excelsum & sublimem velut animæ præcipitium fugiebat, teste S. Bernardo.

S. BERNARDVS in Remorum & Lingonensium antistitem, atque etiam in Mediolanensium Archiepiscopũ nominatus, omni studio & conatu se purguit, & onus excussit: impetrat enim à Deo, ne mādato aliquo sub peccato mortali obligante ad id adigi posset.

S. THOMAS Aquinas, cum Clemens IV. Papa Archiepiscopatum Neapolitanum ei detulisset, tot rationibus

bus suam Sanctitatem ab hac volumina
te reuocauit, vt nec illum, nec alium
illi deinceps offerret.

*Sur. in
Iulio.*

S. GOAR honorum operū meritis, mi-
raculorumq; gloria clarus à Fræco
rege sigiberto vgebatur, vt Archiepi-
scopatu Treuirensē susciperet, ille
rō cum se purgasset, videretq; regis
animum flecti nō posse, multis lacri-
mis inducias petijt orādi, diuinam
voluntatē ea de re consulendi. Rex
ginti dies indulxit, ille verō à Deo
uit liberari à dignitate, & imperatō-
ac in decimum vsq; annum deinceps
lecto affixus vsq; ad mortē deuo-
potius eligens infirmitatem, quā
dignitatem. Quam animi submissio-
nē multis miraculis Deus illustra-
uit.

*Vega in
hist. S. His-
pan.*

Beatus Ferdināus de Talauera Gra-
natensis Archiepiscopus multa sa-
cilitate & eruditione cōspicu⁹, à Re-
ge ad Salmāticēsis Episcopatu
fastigiū, multis vijs & rationib⁹
cūculauit. Scripsere Reges ad sūm-
mū sic & capta vrbe Granatēsi eū
Episcopatu Granatēsi ornare vol-
uerunt, sed, quo adpotuit diu tergier-
uerū cū obinstātiā regū nō posset

DE MORTIF. VOLVNT. 277

Episcopatus oblatos excutere, maluit
Granatensem, vtpote pluribus labori-
bus & ærumnis obnoxium, amplecti.
Et quamuis antè sèper plurimum ab-
horuisset à Prælaturis, tamen quãpri-
mum experientia quotidiana edoctus
clarius cognouit earum difficultates
& discrimina: cõsuebat dicere, se cape-
re nõ posse, quo modo homo ratione
& prudentia præditus tantum onus,
quod tantã vitæ perfectionẽ postulet,
spõ: è optare & acceptare possit. Hæc
ergò vota, hæc studia fuere sanctorum
hominum, fugere omnibus modis
honores & dignitates.

Iam verò nõ solum hunc zelum de-
mõstrãrunt in declinãdis magnis dig-
nitatibus Episcopatum, in quibus la-
bor, periculumq; maius est, sed etiam
in monasteriorum præfecturis. Vbi, li-
cet nõ appareret iã grande periculum,
tamẽ quia illæ quoq; cu honore & cu-
ra animarũ cõiuncte erant, iustissimas
causas prætexere poterãt, cur se inido-
neos fateretur, atque etiã, quibus mo-
dis fas esset defugerent & renuerent.

PINYSIVS sanctissimus & venerabilis Abbas, ne suo præficeretur mo-
nasterio. *Cassian. l. 4. c. 30.*

nasterio, cōfugit ad Tabennosiatum
cænobium longè illo districtius, ibi
maluit esse hortulani famulus, quam
in suo Prælatus.

*Surius in
Decemb.*

S. MARCELLVS diuina iuxta ac ho-
mana sapientia instructus, tanto stu-
dio fugit monasticam Præfecturam
totque vijs ac rationibus à se repul-
sit, vt tandem voto sit potitus; tanto
gaudio officium omnium in cæno-
bio vilissimum recepit, vt petuente
eo per omnem vitam perdurare. His
quilibet prudens æstimare potest, quæ
rectè faciunt, qui suæ infirmitatis gra-
ui, non aspirant ad gubernationem
briorum; postquam sancti tanto lu-
mine à Deo illustrati tantoque spū-
robore ad vincendas tentationes ma-
niti, hoc onus refugerunt. Si cæci
vel alius exigua videndi facultate pe-
ditus, post initam cum fido & pe-
duce viam admodum strictam, sed
peditam & præcipitijs plenam, tan-
toque ducem suum deserat, nonne in
tum vitæ deserimen se conijcit?
omnes viam cæli inuenimus, angu-
stam & strictam, multis oculis que
tationum periculis horrentem: angu-

Matth. 7.

DEMORTIF. VOLVNT. 379

cedunt nos duces viae Sancti, qui, ut
sunt lumine diuino illustrati, pericula
viae ostendant. Cum ergo hi tam peri-
tici duces declinet à via cupiditatis ho-
norum & dignitatum, nos veò illis
desertis in eam vltro nos ingeramus,
quid aliud agimus, quàm quod sapien-
tiores videri volumus sanctis, & ma-
nifestum salutis periculum adire?

CAPVT. IX.

*Sanctorum exemplis declarantur mo-
dia, quibus mortificanda est propria
voluntas quoad honores tempo-
rales, qui ob donum prae-
santae & eruditionem
alicui deferun-
tur.*

QUAMVIS ferè omnium maxi-
mum periculum & damnum
animae nostrae sit in nimia dig-
nitate, officiorumque, quibus alijs
imperandum est, cupiditate; tamè
in alijs quoque honoribus expetendis
nec damnum, nec periculum omne
abest. Quare opere pretium faciemus,
& expendamus, quibus medijs sancti
affe-